

at
gon
zig
da
piel
nn/
Bas
ads
nas
de.
at/
an;
nt
heie
ies
ff.

es

Faint, mirrored text impressions are visible, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is largely illegible due to fading and the texture of the aged paper. Some fragments of Cyrillic script can be discerned, such as 'ВЕРИ' (Veri) and 'СВЯТЫ' (Svyaty).

1687

FELIX APPLAUSUS
NUPTIIS SECUNDIS

(Tit.)

DN. CHRISTIANI

S D L D L V S R /

CIVIS, PRAXATORIS, REGIÆ MAJESTATIS POLONI-
ARUM SECRETARII, ut & JURIS PRACTICI REI PUBL.
THORUNENSIS MERITISSIMI

Cum

(Tit.)

EUPHROSINA S D L D L V S R /

RELICTA VIDUA

ANNO M. DC. LXXXVII. d. 28. Januari.

FELICISSIME CELEBRATIS

Declaratus

GEORG. MICHAELE BAPZIHN, Thor. Pruss.



anni ferre novi mos est in limine dona,

Hisq; animos hominum conciliare sibi.

Alter res viles offert, sed pectore puro:

Alter res magnas ore manuq; mala.

Is panem, votum, vestes dat munere pulchras,

Hic nummos offert, dat quoq; plura alia.

Inter mortales dignus mos laudibus hic est,

Antiquis etiam temporibusq; frequens.

Huncce sequi DEUS ac imitari ritè videtur,

Illius jam jam vestigiumq; premit.

Nunc etenim Numen sanctum Tibi damna rependit,

Quæ nuper modo mors sustulit atra Tibi.

Cum dat, SPONSE, loco Tibi, CONSULTISSIME, strenx,

SPONSAM, quâ nihil hic dulcius orbis habet.

Illius in toto regnat pia pectore virtus,

Illius ac animus sidera fixa petit.

Ipsius magna est post hæc præstantia formæ,

Mirificè mores compositiq; nitent.

Lumina sunt tanquam fulgentia sidera cœli,

Turpia quæ nunquam commaculare solent.

Ad nihil est aliud lenis quoq; dextra parata,

Quam miser ut possit sumere semper opem.

Duxerat hanc quondam Pastor Seniorq; Cathedræ

Divinæ: nostri Gymnasiq; decus.

Nuncce Tuo thalamo casto sed jungitur illa,

Nunc datur & fidei casta Marita Tuæ.

Idcirco exultat mea Musa & gaudia miscet,

Atq; unâ promit candida vota Tibi.

Eveniant vobismet tot felicia dona,

Quot flumen pisces, sylva ferasq; gerit.

Conjugium vestrum nunquam discordia turbet,

Confundant sanctos nec mala verba Lares.

Inter vos regnet semper concordia dulcis,

Lætâq; divinus vincula neclat amor.

Annos Nestoreos felices vivite cuncti,

Et Pylios ambo cernite sæpe dies.

Exornent ædes vestras virtute nepotes,

Floreat æterna ut posteritate domus.

Discedantq; domo à vestra mœrorq; dolusq;,

Tandem quod cupitis comprecor eveniat.

THORUNI typis excudit CHRISTIANUS BEKK, Gymn. Typogr.

102

Х И О М П А М Т И Ш А С Т В О С Н И Т А И П Р И К И С О М Е Д А М

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

1829

4588

Engel / ...

50

51

52

Anno

53